

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Georg Friedrich Schröer


**Collegii Theologorvm In Academia Vitembergensi H. T. Decanvs Georg. Frider.  
Schroeer S. S. Theol. Doctor. Eivsdemqve Prof. Pvbl. Et Alvmn. Reg. Elector.  
Ephorvs Lectvris Salvtem Plvrimam Dicit : [P. P. d. XV. Sept. A. MDCCXXVI.]**

Vitembergae: Gerdes, [1726]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn826281818>

Druck    Freier  Zugang





409  
a. B.  
48. 6. 8.

22

Fa-1092(22)

122)

2.

3.





S

C



COLLEGII THEOLOGORVM  
IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
H. T.  
**DECANVS**  
**GEORG. FRIDER.**  
**SCHROEER**

S. S. THEOL. DOCTOR EIVSDEMQUE PROF. PVBL.  
ET ALVMN. REG. ELECTOR.  
EPHORVS

*LECTVRIS*  
SALVTEM PLVRIMAM DICIT.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

336.

337.

338.

339.

340.

341.

342.

343.

344.

345.

346.

347.

348.

349.

350.

351.

352.

353.

354.</p

COLLEGII THEOLOGORVM  
ACADEMIA VITERBIENSIS  
DECANUS  
GEORG. FRIEDER.  
SCHROTH  
THEODORUS HIRSCHMANN PROXIMUS  
ET ALIAS  
LEONARDUS  
MATIAS



eligionem Christianam Gratia Dei , quæ  
supernaturalis nominatur , non tantum  
a Religione falsa , verum etiam a natu-  
rali distingui & separari probarunt olim  
Patres , qui impiam Pelagianorum & Se-  
mi-Pelagianorum opinionem labefacta-  
runt , Hieronymus , Augustinus , Orosius ,  
Hilarius Arelatensis & alii , speciatim isti  
qui in Conciliis , Carthaginensibus , Milevitano , in Concilio Afri-  
cae universali , Gallicano , Concilio Ephesino generali , Romano & reli-  
quis Gratiae supernaturalis inimicos errorum damnarunt . Pa-  
tres sequuti sunt alii , qui Puccii , Edoardi Herberti de Cherbury  
& aliorum Naturalistarum errores coarguerunt . Gratiam qui-  
dam supernaturalem Christianismi esse animam , supra naturam e-  
minere , maximeque necessariam esse hominibus , qui optant , ut sa-  
lutem aeterham adipiscantur , non ausus est negare Petrus Chau-  
vin , a) propugnator Naturalismi studiosissimus . Sed doctrina ,  
quam tradit Naturalista , est infensa & inimica Gratiae supra-  
naturali . Nam Religio , quam multis laudibus ornat , & omnibus  
hominibus maxime commendat , est naturalis , quae , innato , ait  
b) lumine duce , in Dei illiusque attributorum noitiam venit , que-  
que d'inde in adorationem effunditur , & exeritur , mutua inter ho-  
mines societate inita , atque compacta , & hanc supernaturali Reli-  
gioni praeferre non dubitavit . Naturalis enim , inquit , vocatur ,  
quoniam extra limites naturae non vagatur , nec in revelationem fe-  
immittit : quae sane magnum addit pondus cordibus nostris ad virtu-  
tem nobis ingerendam , ac pia nostra proposita promovenda ; tum quod ,  
quae a tali principio profiscuntur , sese maxime nobis approbant .  
Supernaturalis Gratia luce verbi divini collustrat animos , ejus  
virtute & vi sacramentorum longe lateque se diffundit , suaque  
bona distribuit inter homines , & in fide constantes felicitate  
beat futura & perpetua . Multi vero homines , qui in summa  
Christi ignorantia versantur , misericordia Dei , quam Natura  
nos docuit , freti , & virtutibus ornati , teste Petro Chauvin , felici-  
tatem aeternam nanciscuntur . Alii homines , ait c) sunt a Deo  
instru-

A 2

a) Part. 2. lib. de Relig. nat. c. 7. p. 287. b) Part. I. c. 1. p. 2. c) Part. I. c. 8. p. 74.

instructi per clarissimam revelationem; alii vero naturam, rationem, conscientiam, una cum generali traditione ducem habent: quos si velis a salute alienare atque excludere, nae tetricus ac nimium morosus tibi est animus. Hinc natura non eget moderamine Gratiae, quae id efficit & consequitur, quod Gratia agit per se & molitur supernaturalis. Chauvin, necessitatem Gratiae probaturus, dicimus, Deum, ait, pro sua misericordia gratiam nobis induluisse, ad medendum nostrae inveteratae malitiæ; nam existimamus, eam esse summam depravationem nostram, ut sine Deo ex ea emergere non possimus fragilitate nostra. Chauvin quidem, humanam naturam corruptam nasci, ratus, dissentire videtur a Pelagio, sed verba ejus nulli displicere possunt Naturalistæ, Heriberto, Buccio & aliis. Chauvin ad illam Gratiam adducit hominem miserum, quam ὁ ψυχικὸς ἀνθεωπός cognoscere potest, & quasi videre; ignorat vero Gratiam supernaturalem & Christum, qui solus peccata hominum sua morte expiavit, & si illud vitæ genus continuat, non resipiscit, nec ad bonam frugem se recipit, μὴ πιστεῖν οὐδὲν κέριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰσ τὸ ὄνομα τῆς μόνογενῆς οὐδὲ τῇ Θεῷ δ) Gratia vero supernaturalis docet nos τὰ τὰ πνεύματα τὰ Θεῖα e) hominemque producit spiritualem. Homines, Gratia supernaturalis auxiliū inopes, ex miseria & peccatis emergere, & salutem æternam naturalis Gratia beneficio consequi, statuit Chauvin f) Providentia, dicens, illis misellis hominibus clanculum instat, ut quæ sese in illorum cordibus exerat, ac præ caeteris, qui a salute dissiliunt, amplissima luce distet istos. Itaque illis est Providentia, quod apud nos est Evangelica Gratia, haec corda nostra non sine nobis convertit, illa die nocte que urget, præcipit, edocet, interiorē hominem moderando. Nihil vero naturae vitiosae atque corruptae, & omnia Gratia divinæ supernaturali tribuit Chauvin, eamque vocavit supervenientem. Ex duobus enim, inquit, componitur affectus noster, ex natura, quæ ex se ipsa proba est, & succrescentibus deinde corruptionibus, quæ tota corda nostra occupant, ut gratia illa, quæ supervenit, exsuscitet, refocillet ac soveat marcescentem naturam. Gerhardus Jo. Vossius. g) naturæ quidem, inquit,

d) Jo. III, 13. e) 1. Cor. II, 10. & 14. f) Part. I. p. 77. g) lib. 3. Histor. Pelag. P. I. p. 268.

#

inquit, *Gratia dicitur, quae naturam consequitur, & supernaturalis vocatur, quae naturae superadditur.* Vossius autem explicat Gratiam naturae, quae Pelagio perplacuit, eique opponit Gratiam supernaturalem, quam Patres vocarunt supervenientem, vel naturae superadditam. Nemo, inquit Augustinus de fide in Petrum c. 32. divinis mandatis obedire potest, nisi quem Deus gratia sua praevenit. Gratia non omnis, quae naturae, hujusque operationibus adjungitur dici potest supernaturalis. Danhauerus b) Gratiam statuit naturalem, quae *creatæ res omnes supremas, imas, medias, maximas, a se conditas, ab ipsarum statim incubabulis, communi quadam lege sic complebitur, ut illa quam proxime accedat ad naturam debiti.* Suamque orationem illustrat rebus naturalibus, quibus Naturæ gratia quasi insita est atque ingenerata, & Gratiam naturalem ad naturam accendentem probat in *Tabulis Hodosophicæ* i) operibus ejus, beneficiis scilicet, quae Deus in res naturales confert, sorteque divina, in piis & piis communi, nullo nostro merito data a παντοτε Φῶ δωρεᾷ. *Θεος Sap. XVI, 25. Genes. XXXIII, 5. Prov. XXXI, 10.* quo etiam referri possunt dona extra ordinem data, ut, quod pluit Israëlitis de coelo Manna, data est eis ex petra aqua largissima &c. Haec vero fieri non potuerunt per Gratiam aliam, quam Naturae additam. Gratiam voco naturalem divinam proprietatem, qua Deus creaturis benefacit naturaliter. Voce, *Naturaliter*, non internam actionis divinae, quae semper supernaturalis est, naturam & rationem, sed naturæ ιησοῦ Christi, in quo gratiae divinae actio, cuius effectum suo amplexu continet illud, terminatur, indico. Et hoc cognoscitur clarius ex Gratia, naturali opposita, quae nominatur supernaturalis, quam, humano generi, quod est in miseriis, speciatim salutarem, voco divinam proprietatem, qua Deus hominibus benefacit spiritualiter. Multa vero fiunt a Gratia Naturae addita, quæ non sunt πνευματικæ a Paulo k) exposita, & Gratiam, quam supervenientem vocat Chauvin, naturalem esse, probat Natura, quam ex se ipso probam esse statuit. Nam *salus hominum*, ait l) solo naturae probae

a 3                      impul-

l) in Disput. P. 2. p. 841. i) p. 840. k) I. Cor. II, 13. l) P. I. p. 76.

impulsu ducorum, nobis patet, quantum sufficit animo non perinaci  
ex exemplis tum Jobi, tum illius amicorum. Nam illi solam rectam  
rationem, ut ducem nobis videntur agnoscere, cum degerent extra  
Iudeae cancellos. Gratia superveniens, quae tantum exsuscitat,  
refocillat ac fovet marcescentem naturam, non conficit Gratiae  
supernaturalis officium, quae non tantum dormientem  
exsuscitat, verum etiam mortuo homini vitam restituit spiri-  
ritualem. Chauvin autoritatem interporit Pelagii, qui coactus,  
ait, aliquando fuit argumentorum pondere fateri illam ipsam inter-  
nam gratiam, quae animis nostris circumfulget. Pelagius autem va-  
ria Gratiae genera statuit. Primum naturam & liberum arbitrium vocavit Gratiam. Ibi, inquit Augustinus m) afferunt, in eo  
Dei Gratiam deputandam, quod talem hominis instituit, creavitque  
naturam, quae per propriam voluntatem legem DEI posuit implere,  
sive naturaliter in corde conscriptam, sive in literis datam. Secun-  
dum Gratiae genus, quod approbavit Pelagius, est doctrina Legis,  
quam teste Augustino n) Gratiam Dei & adjutorium, quo  
adjuvamur ad non peccandum, nominavit. Docendo, ait Pela-  
gius, auctor Deus ignorantiam, ut sciat homo in operibus, quid evi-  
tare, & quid appetere beat, quo per liberum arbitrium naturali-  
ter insitum viam demonstratam ingrediens, continenter & juste & pie  
vivendo, ad beatam, eandemque aeternam vitam pervenire merean-  
tur. Tertium genus fuit peccatorum remissio, & hanc Gratiam  
DEI putavit esse datam per fidem Jesu Christi, & tantum valere,  
ut peccata praeterita dimittantur, non ut futura viten-  
tur, vel repugnantia superentur. Vid. Augus. o) Quartum genus  
fuit Gratia Christi, hoc est Christi doctrina atque exemplum,  
de quo genere ita Augustinus p) Solent dicere, nobis in ea Chri-  
stum ad non peccandum praebeuisse adjutorium, quia iuste viven-  
do, iusteque docendo reliquit exemplum. Quintum genus  
Gratiae vocatur auxilium internum Spiritus Sancti in ho-  
mene operantis, quod nihil est aliud, quam mentis illuminatio & revelatio. Petavius q) addit dignitatem regenerationis  
& vitam aeternam. Primum genus gratia est naturalis, non su-  
per-

m) Epist. 90. n) in libr. de Spirit. & lit. c. 2. o) de Gratia & liber. arbitr. c. 19.  
p) libr. de Gratia Christi contra Pelag. & Coelest. cap. 2. q) l. uno de Pelag.  
& semip. Haeresi c. 4. & 5.

#

pernaturalis; Secundum est gratia externa, Patres defendebant recte internam. Tertium haberet magnam Gratiae supernaturalis speciem, nisi, poenitentiam in facultate humana positam esse, statuisset, & Gratiam Dei internam ad peccata expellenda fugiendaque necessariam esse, negasset. Quartum consistit ex Gratia externa, & non sufficere Christi doctrinam & exemplum, quod omnes debent imitari, sed necessariam esse Spiritus S. inspirationem, statuit *Carthaginensis Synodus*. Quintum genus Gratiae est auxilium Spiritus S. internum, quod in revelatione sapientiae & satione consistit. Magna doctrinæ Petri Chauvin & Pelagii est convenientia, & uterque Naturæ tribuit, quod Gratiae est adscribendum. Falsa utriusque opinio a Synodo *Carthaginensi* his verbis: *Quicunque dogmatizat & affirmat, humanisibi ad vincenda peccata, & DEI mandata facienda sufficere posse naturam, & eo modo Gratiae DEI, quae sanctorum evidenter operationibus declaratur, adversarius invenitur, anathema sit,* Patrumque sententiis damnata est. Vid. *Vossium r) & Petavium.* Consensu denique omnium hominum opinionem suam confirmare conatur Chauvin, illa ipsa, inquit, *Gratia adeo est naturæ accepta, ut omnes unanimi consensu crediderint, illam fuisse naturæ superadditam ad illi opem ferendum, eique fuisse inadiscutibilem, tum ad ipsius ornamentum, tum ad illius utilitatem progressum.* Opinio Petri Chauvin non omni quidem consensu destituitur, pro illa faciunt omnes libri, a Naturalistis conscripti; quidam Arminiani Gratiam fingunt prævenientem, omnibus hominibus communem, qua homines, nulla Evangelii luce collustrati, salutem possunt adipisci æternam; s) non vero pauci sunt, qui a Naturalista dissentunt: sunt vero omnes Patres, omniaque Concilia, quorum autoritate magni erroris condemnati sunt olim Pelagiiani. Gratiam divinam ideo saltem Naturæ esse additam, ut illi opem ferat, statuit Pelagius, & opinionem illam condemnavit concilium hoc decreto: *Quicunque dixerit, ideo a nobis gratiam justificationis (& Gratiam, quam superadditam vocat Chauvin) dari, ut, quod facere per liberum arbitrium, facilius possimus per gratiam: tanquam, & si Gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit.* t) Augustinus, acerrimus Gratiae supernaturalis defensor, ad quem provocat Chauvin, opin-

r) I. 3. P. 2. Historia Pelag. p. 314. sqq. s) vid. Calov. Armin. c. 17. p. 345.  
t) lege Centur. Magdeburg. 5. cap. 9. p. 469.

29.

30.

31.

32.

33.

opinionem Naturalistæ Pelagianam multis & gravibus argumentis refutavit. Amor DEI, quem ignorat ratio, erga omnes homines est incredibilis, & Gratia ejus, qua omnium hominum salutem cupiditer vehementer, est universalis, quæ omnia μυστήρια, ad salutem necessaria, sapienter ordinavit. Inauditam Gratiae hujus magnitudinem laudat divus Apostolus u) ἦν βάθος πλάτους ναὶ σοφίας, ναὶ γνώσεως Θεῷ. O profunditas divitiarum & sapientiae & scientiae DEI. Istam, atque mysteria, quæ ordinavit gratia, admirantur angeli, εἰς δὲ ἐπιθυμίας παρακαύψαι, in qua perspicere desiderarunt. x) Christus ipse, ut Nicodemo errorescriperet, ac sapientia divina & salutari animum ejus imbueret, Gratiae universalis necessitatem his verbis illum docuit: *Ita DEVS dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret*, y) omnesque homines ad se adducturus, voluit, ut illud Evangelium omnibus gentibus notum facerent Apostoli. z) Mysteria ejus non capit ratio, & ad sensum eorum non penetrat ψυχής ἀνθρώπος, cui nulla spes, nisi fiat πνευματική, salutis relicta est. Fiducia enim, in DEVUM & Christum collocanda, vera fidei natura est. Si autem homo est nescius, DEVUM tantum erga omnes homines amorem habere, ut illorum omnium & singulorum salutem vehementer cupiat, DEIque Filium humanae naturam assumisse, & justitiae DEI morte cruenta & Victoria gloria cumulate satisfecisse, DEVUM & Christum fide non potest amplecti. Gratia quoque, ut homo fide donetur, requiritur applicatrix, assistens scilicet, quæ mentem cœcam divino lumine illuminat, hominem cum peccato natum regenerat, convertit & justificat, pariter atque inhabitans, hominemque renovans, a morte spirituali conservans, atque ultimum nostræ felicitatis genus, æternam salutem, credentibus conferens. Necessitatem hujus Gratiae probat Paulus; τὴν γὰρ χάριτι ἐστε, ait aa) σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, καὶ τότε ὅτι ἐξ ὑμῶν. Θεῷ τὸ δῶρον. Gratia salvati estis perfidem, hoc non ex vobis: DEI donum. In hac sententia permanserunt orthodoxi Patres. οὐκ ἐν δύναμι, ait Basilius bb) ἀνθρώπῳ, η ἐν σοφίᾳ, αλλ' ἐν τῇ χάριτι τῇ Θεῷ ἐστὶν ἡ σωτηρία. Non in ulla hominis aut potentia, aut sapientia, sed in Gratia DEI consistit salus. Omnia Gratiae divinae tribuit, Vir Maxime Reverendus & Amplissimus

u) Rom. XI, 33. x) I. Petr. I, 12. y) Joh. III, 16. z) Matth. XXVIII, 19. aa) Ephes. II, 8. bb) t. I. Homil. in Psalm. XXXIII. p. 215, edit. Paris.

mus, Dominus M. MARTINVS CNOBLOCHIVS,  
hucdum Lyc. Vitemberg. Rector Celeberrimus, nunc autem  
vocatus Pastor Primarius Libenwerdensis & ejusdem Dioeceseos  
Superintendens Gratia divina haetenus sustentatus, quod ipse de  
se sequentia verba faciens gravissimis rationibus demonstrat.

Ego M. MARTINVS CNOBLOCHIVS  
in hanc lucem editus sum a. cI. Ic. LXXXIV, et quidem, quam sum-  
mam DEI gratiam duco, in ipso purioris cætus sinu, Mœzlichæ  
nimirum, pago, ad uiam, quae Hala Sax. Sorbigam ducit, sito. Pa-  
trem habui honestum integrumque Virum, CHRISTIANVM  
CNOBLOCHIVM, sed mature mortis ui eruptum, Ma-  
trem vero pientissimam Fæminam, ANNAM NEV-  
MANNIAM, que me precibus suis, dies noctesque ad  
DEV M fuis, multo plus adiuuit, ac vel Cræsus opibus suis potuise-  
set. Parentes illi, pauperes quidem, sed religiosissimi, me, recens  
natum, sine mora, sacro fonte renascendum curarunt, atque adhuc  
infantem Mœzlichæ Gordemisium, prope Ileburgum, transtule-  
runt, ubi exiguum praediolum possederunt. Hic prima, le-  
ctionis et scriptionis fundamenta ieci. Iude, uarie iactatus, in  
Hallense Gymnasium veni, tantum scriptioni, et arithmeticæ,  
pietatisque, operam daturus. DEO autem singulariter prouidente,  
pueris, a currendo dictis, ascriptus, beneficio illo uitam, spe, diutius  
toleravi, idque in tanta paupertate, ut, siquando, tot tantarumque  
metu difficultatum, schola vale dicere, atque opificio me consecrare  
cogitarem, sumtus illi exiguæ deessent, ad receptionem, veteri more,  
necessarii. Usque adeo uel ipsa paupertas, quæ a studiis alios arcit,  
ad literas me adegit. Hoc in Gymnasio usus sum fidelissima instituti-  
one Praeceptorum, de me, aliisque, optime meritorum, Dr. WIGANDI,  
Dr. KOHLHARTI, B. MOESCHII, B. FROELICHII, B.  
RIEMSCHNEIDERI, B. M. Jo. SCHMIDII. Præcipue infinitis  
sum rationibus obstrictus Dr. GODOFREDO KRAVLIO, rei scho-  
lastica Doctori, ut peritissimo, et improbi laboris, sic longe felicissimo,  
Dr. M. Jo. JAENICHO, r. r. Collegae III, nunc  
autem eiusdem Gymnasii Rectori multo Celeberrimo, meritissimu-

que, B· M· ISRAELI FINCCIO, ConR· praeclariss et B· Jo· PRAE-  
TORIO, Rectori quam desideratissimo. Anno cIɔ Iɔ CC II, Pro-R.  
Magnif. Dr. P· ANTONIO, S· S· Th· D· & P· P· inter Ciues  
Academicos relatus, Sacrarum literarum studio, instinctu inuincibili,  
me dedi, frequentatis scholis, Latinis, B· CHR· CELLARII,  
Gracis, Dn. D. MICHAELIS, sacris, Dn. BREITHAVPTII,  
nunc Abb· Berg· Paraenet. Dn. A· H· FRANCKII, alio-  
rum. Sequenti anno, ruri informandae iuuentuti operam nauans,  
innotui B· M· CHR· WILCKIO, Past· Zschernicensi, qui,  
mei amore ductus, auctor fuit, ut Vitembergam peterem, li-  
teris ab eo commendatitiis, ad B· ROEHRENSEE, Mor. P· P  
per orbem literatum Celeberrimum, stipatus. Idem fratrem  
meum, τὸν υῦ ἐν αὐλοῖς, & sororem, natu medium, eo adduxit, ut  
mercedem, annuo famulitio partam, mihi praeberent, ad vitam  
in Academia Vitemb. utcumque sustentandam. Ibidem uero in  
scriptus Anno cIɔ Iɔ CC IV, mense Febr. Pro-R· Magnif. B· P· G  
SPERLINGIO, Med· D· et P· P· longe Celeberr Viros audini,  
Excellentissimos illos, & per universum orbem lit. Celeberrimos, in  
Philolog & Philosoph ex Prof. P· B· C· S· SCHVRZFLEISCH Dn  
WICHMANSHAVSENIVM, Dn· KIRCHMAYERVM, B· ROE-  
SCHELIVM, B· ROEHRENSEE. Dn· D· SCHROEFERVM,  
tunc Met· et Log· P· P· insigniter meritum, B· PLANERVUM,  
ex Adiunctis Philos Dn· M· LVCIUM, de me meritissimum, nunc  
in Silesia Sacris cum summa laude preseptum, Dn· DEILING· nunc  
Lipsum illustrantem, Dn· SCHROEDERVM, nunc P· P· Vit· Celeb  
reliquos. In Theologia secutus sum Summos illos & Consummatissi-  
mos Theologos, B· I· DEVTSCHMANNVM, B· C· LOESCHE-  
RVM, B· HANNEKEN· B· NEVMANNVM, et Summe Venerab.  
Dn· D· WERNSDORFIVM, r· t· extra ordinem, cum summo  
applausu, Theologiam tradentem, quo etiam in Homilet. The-  
ologia, cum Theoretica, tum practica, Praeceptore ipsis sum. Verum,  
mortuo illo Patrono, WILCKIO, cursus meorum studiorum interrupitur,  
cum circiter annum et dimidium hic commoratus essem. Quare  
Halam, ad B· fratrem, configlio, mensa illius excipiendus, donec com-  
moda conditio informandae iuuentutis offerretur, quae etiam initio  
Halæ, mox iterum ruri, obtigit, prope Sorbigam, qua in vicinia  
pius ille doctissimusque Sacerdos, Dn· M· JVSTINVS WEYRAUCHIVS,  
cætri sacro Beyersdorfiensium praest. Is tanto me favore ample-  
xus

7

xus est, et tot beneficiis cumulauit, ut merito illum Parentis loco habeam. Nec tantum erga me talem se praebuit, sed plures eius liberalitatem iam experti sunt, et multo plures in posterum sentient, quandoquidem, pio erga pauperes Theologiae studiosos affectu, mille floreos Testamento legavit, quorum usurae quotannis cuidam Sacrarum literarum studioso stipendio essent. Ita Vitembergam redux Magnif. WERNSDORFIO, una cum Dn. D. KLAUSINGIO, nunc Maximo Lipsiensis Academiæ ornamento, B. MART CHLADENIVM, Virum, de uniuersa Ecclesia, bonisque literis, et Academia, in primis me, immortaliter meritum, adieci. Nec minus in scholis Summe Ver. Dn. D. SCHOERERI, profeci, qui præterea me, domo exceptum, pecunia, aliisque beneficiis quamplurimi, subleuauit. Anno cI, I, CC XIII, Decano Ord. Philos B. A. BRENDELIO, Med. D. et P. P. Extraord. Phys. Ordin Celeberr. laurea Philosophica auctus, Præside, Illustri Viro, Jo GVIL. BERGERO, Sacrae Mai. Romano Cæf. et Potentiss Polon. Regi Saxonumque Electori a Consiliis, Regio Historiographo, & Prof. P. Hospite olim atque Evergeta meo, studiorumque meorum Amplificatore, nunquam non pie Venerando, cathedram concendi, de Sacra Icone generatim disputatus, mox, ipse Praeses, sex disputationes publice habui, et non minus priuatim, quam priuatissime, plurimas scholas, Philologicas, philosoph. homileticas, alias, aperui. Quos conatus in primis gratia Regia literariis stipendiis munificentissime adiunxit, quam deuotissima humillima que mente aeternum veneror. Tandem, A. cI, I, CC XVIII ineunte, ab AMPLISSIMO SENATV VITEMBERG. Rector hujus Lycei constitutus, quam benevolentiam ut immensa DEI misericordia compenset, piis precibus oro. Hic non possum non commemorare gratiam illam prorsus singularem, quam Summus ille iustitiae atque aequitatis Antistes, Vir, omnibus, & meis, & aliorum, landibus multo superior, J. P. SOHROETERVS, J. Cetus, S. R. Pol. & Elec. S. a consiliis Appellationum, opidi Syndicus, cet. et Diva eius Coniux, mihi & meis exhibuerunt. A. cI, I, CC XXI. DEO religiosissime invocato, uxorem duxi castissimam, honestissimamque, t. t. virginem, AMALIAM SOPHIAM, piissimum, optimaque indolis prole felicissimorum, Parentum, Dn. M. FRID. SEHVLZII, Pastoris MARCCLBERGAE, prope Lipsiam, optime meriti, & MARIAE ELISA-

b 3

29.

30.

31.

32.

33.

ELISABETHAE, de honestissima SEYFFARTORVM gente, filiam  
natu maximam, ex qua unam filiam & duos filios suscepit.  
Postremo DEVS SVM MI SENATVS SACRI DRESENENSIS  
corda flexit, ut, auspicis Sereniss atque Potentiss Regis nostri,  
me Pastorem & Superintendentem Libenwerdensem, VI. Cal  
Jul a. c. Clementissime declararent. DEVS omnium meorum  
Benefactorum atque Amplificatorum gratiose in aeternum memi-  
nisse uelit, cui infinita Laus & Gloria sit! Amen!

Hic Vir præclara eruditione atque doctrina summos in The-  
ologia Honores ab Ordine Theologorum petuit, qui facul-  
tatem specimina publice edendi isti tribuerunt, & quoniam  
semper admiratus est DEI Gratiam, quæ omnibus Ecclesiæ  
Ministris assistit, cras hora IX. auspicabitur specimina, &  
orationem de Ministro Ecclesiæ publice habebit, laudabitque  
*Ἐπίσημον διδακτικὸν.* I. Tim. III. 2. Cui, ut RECTOR  
MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMVS COMES, PERILLVSTRIS  
BARO, Patres Academia conscripti, omnium Ordinum Doctores, Ministri  
Ecclesiæ plurimum Reverendi, Ordini Philosophorum Adscripti, omnes-  
que Cives Generosissimi & Lectissimi frequentes benevolas au-  
res præbere velint, Collegii Theologici nomine, ea, qua par  
est, humanitate, rogo atque contendeo. P. P. d. XV. Sept.  
A. M DCCXXVI.

---

VITEMBERGAE,  
EX OFFICINA GERDESIANA.


- Index.
1. Cap. Sac. Huthig de Inauguratione Sabbathi Christiani Pentecostalis Act. II. 1.
  2. Christ. Fred. Raderus de Nicolaus Diaconi, heretici Nicolaitarum non auctore, de quo luc. mentione fecit Act. VI. 5.
  3. Nic. Sonnen de Finibus à Deo per magnam famam, regnante Claudio in orbis gravissimam, intentis ad Act. XXI. 28. seq.
  4. Götz. Graupe (Prof. G. T. Zachariae) Illustratio loci Act. XXVII. 26.
  5. Jo. Jobstig de Provocatione d. Pauli ad Caspium.
  6. Jo. Ein. Amman Walchius de Publico negotio Helvetiorum. Act. XXVIII. 7.
  7. Jo. Christ. Schlemmii Disputatio Paulina cum fudd. super modo & medio consequendi salutem aeternam.
  8. M. Dar. Brugelbei Tertii, pribi Ep. Pauli ad Romanos. Rom. XVII. 22. Subjunctio quibusdam eloquentia Paulina specimen.
  9. Chr. Eber. Hermanni Inquisitio: num verba Pauli 1. Cor. I. 12. *Ego fons est*, laudis vel censura sensum habent?
  10. Chr. Eng. Christ. Calvör ad 1. Cor. I. 23.
  11. Fr. Gottl. Lanzius de eo quod justum, decorum & honestum est circa tribunalia fore, occas. l. 1. Cor. IV. 7.
  12. Joach. Dierig Pfeiffer de Reconciliatione cum Deo per S. C. et N. Cor. V. 21.
  13. Christ. Majevorii Explicatio loci II. Cor. VIII. 1.
  14. Mart. Henr. Teutsch (Prof. J. D. Michaelis) de Graeca Graecologima cuius cives Christiani sunt ad Gal. IV. 26.
  15. Joach. Oporini Simplicitas divina potentia Paulina Ep. VI. 12. de Herib. Evang. non tamen doctoribus sed malignis etiam spiritibus.
  16. Car. Gottl. Hofmanni Introductio in Lecturem Ep. ad Coloss.
  17. Fid. Sal. Nibelii (Prof. Schleierm.) Platonicus in Corinthianis reditibus à Paulo in Ep. ad Colos. profugatus. oucl. Colos. II. 9.
  18. Cap. Sac. Huthius de Epiphila ex Laodicea in encyclica ad Ephesios conservata Col. IV. 10.
  19. Jo. Gottl. Kieser de Propheticis lato & illico ad 1 Tim. III. 6.
  20. Jo. Ad. Olander de Interpunctione loci 1. Tim. III. 16.
  21. Hipp. Christ. Hugo de Scijunie Pontificiorum quadraginta malorum funditorum oratione. div. 1. Tim. IV. 1-5.
  22. Jo. Pet. Snell (Prof. E. F. Neubauer) de Conscientia cauterio notata ad 1. Tim. IV. 2.
  23. Jo. Dar. Baierius de Pietate quaestio. 1. Tim. VI. 5. 6.
  24. Jo. Bernh. Rambowiskii Analyseis Logica II. Ep. ad Tim.
  25. Jo. Sal. Semler Observati. exegeticobisistica & misella, principie super II Tim. III. & IV.
  26. Chr. Aug. Scummanni de Heretico Paulino Tit. VII. 10.
  27. Mart. Möblich (Prof. J. C. Gohring) de Acidobrachion genere in ministerio ecclastico observanda ex Tit. II. 1.
  28. Göttl. Aug. Schmelzoni Regis dictorum Ep. ad Hebr. Cap. V. II - VI. 12. perlustratus.
  29. Joach. Henr. Dres de Non consummatio Patribus V. 5. ad Hebr. XI. 39. 40.
  30. Christ. Gottschlus de Simone Petro, primo Apostolorum & uetino.
  31. Jo. Gottl. Fabri Systema Virtutum Christianarum pragmaticum ex II Pet. I. 5. 6. 7.
  32. Jo. Christ. Hirschmeier de Falsis Doctoribus Dominum ipsorum centorem regantibus ad II Pet. II. 1.
  33. Joh. Sac. Genfäl (Prof. B. Wagner) de Fine Mundi, ad illustranda Et. Apoc. XX. II. LXI. 1. II Pet. III. 7. seqq.
  34. Joh. Langi Logica Logistica generalis in Ep. I. Ioannis.
  35. Joh. Gerhardi de Trinitate in coelo I. Joh. V. 7.
  36. Jo. Henr. Becker de Dei nostri gratiam in Cœciviam transmutantibus. Sud. 4.
  37. Fr. Andr. Hallbaueri Commentatio in Apoc. XI. 2 de Exploratione Apostolorum Graecorum.
  38. Fr. Christ. Lepanus de Poetis Latinis Biblior. 1.







xus est, et tot beneficiis cumulauit, ut  
 beam. Nec tantum erga me talem se-  
 ralitatem iam experti sunt, et multa  
 quandoquidem, pio erga pauperes The-  
 florenses Testamento legavit, quorum  
 crarum literarum studioso stipendio  
 redux Magnif. WERNSDORFIO, u-  
 nunc Maximo Lipsiensis Academ-  
 CHLADENIVM, Virum, de uniuersitate  
 et Academia, in primis me, immorta-  
 minus in scholis Summe Ver. Dn.  
 praterea me, domo exceptum, pecunia-  
 mis, subleuauit. Anno c1513 CC  
 B. A. BRENDELIO, Med. D. et P.  
 Celeberr. laurea Philosophica auctus  
 GVL. BERGERO, Sacrae Mai.  
 Polon. Regi Saxonumque Electo-  
 storiographo, & Prof. P. Hospite  
 studiorumque meorum Amplificate-  
 rando, cathedralm concendi, de Sac-  
 rus, mox, ipse Praeses, sex disputa-  
 non minus priuatum, quam priuatissime  
 gicas, philosoph. homileticas, alias,  
 gratia Regia literariis stipendiis munific-  
 ma humillima que mente aeternum vene-  
 ineunte, ab AMPLISSIMO SENA  
 hujus Lycei constitutor, quam benevolen-  
 cordia compenset, piis precibus oro.  
 rare gratiam illam prorsus singulare  
 atque aequitatis Antistes, Vir, omnibus  
 multo superior, J. P. SCHROETER V.  
 S. a confiliis Appellationum, opid  
 Coniux, mihi & meis exhibuerunt. A. C.  
 inuocato, uxorem duxi castissimam, ha-  
 AMALIAM SOPHIAM, piissimam  
 felicissimorum, Parentum, Dn. M. I.  
 MARC CLEBERGAE, prope Lipsiam  
 b. 3



Parentis loco ha-  
 plures eius libe-  
 sterum sentient,  
 os affectu, mille  
 nis cuidam Sa-  
 Vitembergam  
 D. KLAWSINGIO,  
 to, B. MART  
 bonisque literis,  
 adieci. Nec  
 RI, profeci, qui  
 ficiis quampluri-  
 mo Ord. Philos  
 d. Phys. Ordin  
 usstri Viro, Jo  
 es et Potentiss  
 iis, Regio Hi-  
 Evergeta meo,  
 non pie Vene-  
 eratim disputatu-  
 lice habui, et  
 cholas, Philolo-  
 conatus in primis  
 uit, quam deuotissi-  
 A. c1513 CC XVIII  
 IBERG Rector  
 mensa DEI mise-  
 m non commemo-  
 ratus ille iustitiae  
 aliorum, laudibus  
 R. Pol. & Elec.  
 et. et Diva eius  
 DEO religiosissime  
 e, t. t. virginem,  
 que indolis prole  
 LZII, Pastoris  
 iti, & MARIAE  
 ELISA-

29.

30.

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319